

L E C T O R I.

*extorta illi potius sunt, quam ab  
 ea impetrata. Accessere quæ-  
 dam ex aliorum scriniis, qui ele-  
 gantissimam & vere incomparabi-  
 lem in omni charactere manum,  
 ut Pici aurum suum, custodiunt.  
 Haudquaquam vero vel curiosita-  
 ti meæ imputabis, vel otio, quod  
 hoc negotium curatum voluerim,  
 sed Amicorum aliquot præstantis-  
 simorum, qui id a me efflagita-  
 runt, precibus, & studio omnes  
 ad seriam tanti exempli imitatio-  
 nem excitandi. Videbis etiam,  
 variis quæstionibus decimam hanc  
 Musam a quibusdam laceffitam, ut  
 felicissimi ingenii sui copiam face-  
 ret,*